Contributors

Sandifort, Eduard, 1742-1814.

Publication/Creation

Lugduni Batavorum : P.v. Eyk & D. Vygh, 1781.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/qwphtj25

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

ICONES HERNIÆ INGUINALIS CONGENITÆ.

I C O N E S HERNIÆ INGUINALIS CONGENITÆ

EDUARDI SANDIFORT,

MEDICINE, ANATOMES ET CHIRURGIE, IN ACADEMIA

BATAVA, QUE LEIDE EST, PROFESSORIS.

ICONES HERNIÆ INGUINALIS CONGENITÆ.

LUGDUNI BATAVORUM, APUD P. v. D. EYK ET D. VYGH, MDCCLXXXI.

EDUARDI SANDIFORT,

REDICINE, ANATOMES, ET CHIRURCIE, IN ACADEMIA BATAVA, QUE LEIDE EST, PROFESSORIS.

ICONGENITE.

LUGDUNI BATAFORUS, APCD P. v. D. EYK. ET D. VYGH, MDCCLYYK

EDUARDI SANDIFORT I C O N E S HERNIÆ INGUINALIS CONGENITÆ.

INTRODUCTIO.

liculus, pro Livolucio amoscebuc, detexilie, & pa

uemadmodum fabricæ corporis humani inveftigatio, & acquifita illius ope jufta partium cognitio, firmiffimum præbet fundamentum, quo diverfarum, quæ morbos excitare poffunt, caufarum fcrutinium, futurorum prognofis, affectuum curatio, verbo univerfa nititur medicina, fic cadaverum morboforum accuratum examen, multum, immo plurimum, contulit, ad rite intelligendam partium fabricam, eruendas ipfarum functiones, detegenda talia, quæ antea

A 3

Ia-

6 ICONES HERNIE

latuere, &, nisi morbosus status viam monstrasset, forte latuiffent femper. De diversis partibus probatu hoc foret facillimum (a), & de testium quidem ex abdomine in scrotum descensu, de ortu membranarum seu tunicarum hujus organi, affertum nostrum adeo verum, ut, cum celeberrimo Anatomico (b), dicere debeam: "probabile effe, nifi herniofa affectio, quæ sequi testium descensum sæpe solet, & cui chirurgia medetur, novam attulisset denuo inquirendi caufam, nihil lucis augmento hujus doctrinæ additum fuiffe. Ex quo vero tempore chirurgi, de caufis herniarum, & de fedibus earundem, nec non de habitu facci herniofi inter fe disceptare inceperunt, accuratiores corporis humani fcrutatores, five incifores, five chirurgi fuerint, novam herniarum speciem, quam ex naturali sua sede congenitam appellabant, quæque eundem canalem; quo descendit olim tefticulus, pro involucro agnoscebat, detexiffe, & eam ob caufam univerfam hiftoriam de teftis ex abdomine in fcrotum itinere, descensu, causis, & viis recoxisse, & novis inventis amplificaffe". ber fundamentana, ouo diver

-mauy t, caularum feratinium, futurorum prognofis, affec-

(a) Oftendi hæc olim plenius in Oratione de circumspecto cadaverum examine, optimo practicæ medicinæ adminiculo. pag. 23. feq.

(b) Infp. Celeb. Wrisbergii Observat. Anatom. de testiculorum ex abdomine in scrotum descensu ad illustrandam in chirurgia de herniis congenitis utriusque sexus doctrinam. Göttingæ 1779. pag. 7.

INGUINALIS CONGENITÆ. 7

Quainvis enim Hippolytus Bofcus, Ferrarienfis, (ne de vetuftioribus (c) dicam) jam anno 1596, in puero herniofo, oftenderit vaginam testiculo fieri a peritonæo, eamque ita dilatatam in suo exortu ad finem & fundum usque viderit, ut duo digiti manus facile ingrederentur (d); & hoc ipfo feculo chirurgus, non incelebris, Parifinus, dixerit, effe meatum quemdam in pueris, versus cavum abdominis apertum, vafa spermatica concomitantem, in adultioribus quandoque, ex Duverneiji observatione, aqua distentum, quem facile partes, abdomine contentæ, intrare, ficque herniam formare possint (e); non tamen ad id adeo adtenderunt Anatomici, fed vel hallucinatos tales obfervaor quid, locum habere potuerir, & divia tunicarum con-

(c) Conf. Clar. Lobstein. Differt. de hernia congenita. pag. 1. & 2. & not. adject.

TUTINITIC . COND-

(d) De facult. anatom. lect. prim. pag 9. Conf. Boneti sepulchret. Anatom. Lib. 2. Sect. 29 obf. 5. Tom. 3. pag. 5. Morgagni. de fed. & cauf. morb. Epist. 43. art. 8.

(e) M. L. Reneaulme de la Garanne Effay d'un traité des hernies, quem tractatum, Parifiis 1726. editum, in Belgicam linguam convertit J. van der Hulft, & Rotterodami 1730. edidit titulo : Vertoog. ter opening van het school der Heelkunde, benevens eene Verhandeling der scheursels of darmbreuken. In hoc opusculo, explicaturus causas, quare in inguine herniæ frequentiores existant, peritonæi productionem, funem concomitantem, memorat, quam omnino cognovit, licet originem ipfius, ftructuram atque ufam, non intellexit. Conf. etiam Arnaud, qui ea, quæ Reneaulme de processi peritonæi habet, suo operi inseruit. Memoires de Chirurgie Tom. 1. pag. 66.

ICONES HERNIÆ

8

tores fuisse dixerunt (f), nisi postquam chirurgi, herniotomiam instituentes, in eodem, quo elapsa continebantur intestina, facco nudum testem conspexerint. Explicuerunt quidem nonnulli casum hunc tali modo, ut statuerint, faccum herniofum cum tunica vaginali fuisse concretum, ambas autem hafce membranas vel fuppuratione, vel violentia externa, fuisse apertas, fic ut intestina, facco herniofo contenta, tunicam vaginalem intraverint, & testem attigerint (g); alii contra voluerunt, extenuationem & adhæsionem utrius tunicæ, cum inter se, tum ad testiculum, tantum adfuisse, ut hic, extuberans intra faccum herniæ, in eo omnino effe videretur (h). Licet autem hoc, vel fimile quid, locum habere potuerit, & dicta tunicarum concretio, atque ruptura, subinde, ast rarissime, contigiffe dicatur (i); tamen hac expositione non contenti, m. left. plink par g. Conf. f alii,

(f) Morgagni de fedib. & cauf. morb. Epift. 43. art. 8.

(g) Hunter Medical Comment. part 1. cap. 9. pag. 70. Arnaud Memoir. de Chirurgie Tom. 1. pag. 52. Richter Abhandlung von den Brüchen. II. Band. pag. 130.

(h) Morgagni de sed. & caus. morborum Epist. 43. art. 8.

(i) Le Cat in Philosoph. Transact. Vol. 57. Part. 2. pag. 293. Natuur- en Geneesk. Bibliotheek VI. D. pag. 602. Sic etiam casum explicuit Neubauer, enarratum in Diss. de epiploo-oscheocele, cujus receptaculum peritonæi mentiebatur processum, testem & epididymidem simul continentem. Jenæ 1770, & eapropter a Richtero huc

INGUINALIS CONGENITÆ.

alii omni ftudio examinarunt cadavera hominum, herniâ inguinali olim laborantium, diffecuerunt fretuum, infantum, corpora, ut & morbofum, & fanum, partium ftatum, cognofcerent, ficque demum eo deventum eft, ut anatomica defcenfus teftis disquifitio ad fummum fere veritatis faftigium elata fit, dum in diffitis maxime terræ regionibus quilibet obfervator, a partium ftudio alienus, ipfam naturam confuluit, fæpius obfervationes fuas repetiit, & cum aliorum placitis contulit (k). Sic conftitit, fi non in omnibus, faltem in plurimis, cafibus, falfam illorum esfe fententiam, qui in herniofis tunicam vaginalem teftis, & herniæ faccum, ruptum effe, dixerunt (1); fic patuit, fingularem hic partium fabricam adeffe, herniæ productioni maxime faventem.

-ulod Differt de continuationibus membranarum Lugd. Bat. 1753. Treftur. Differt, vol. 2. pag. 302.

huc refertur, Chirurg. Bibliothek. I. Band. 2. ft. pag. 173. 174. 175. Abhandlung von den Brüchen I. Band. pag. 10.; fed offendit Cl. Lobítein, qui dictam obfervationem cum Neubauero communicaverat, cognitâ nunc herniâ congenitâ, fic rem effe explicandam, ut ponatur, in productionem peritonæi, feu verum illius faccum, qui inteflino vacuus eft, quique vero fubdole apertus manfir, progreffu temporis, ideft, ætate provecta, fefe inmififfe partem epiploi, & fuam quafi ibi domicilium fixiffe, dum in prima ætate talis epiploceles nullus locus eft, omento exiguo eam longitudinem non habente, ut a facco recipi poffit, nec pinguedine turgido, ut quafi per pondus eo defcendat. De hernia congenita, pag. 28. 29. (k) Wrisberg Obfervat, de tefticulorum defcenfu pag. 9. 10. *R*

09

TO ICONES HERNIÆ

Defudarunt quippe hoc in campo, & in dictam fabricam omni ftudio inquifiverunt, Viri, fupra omnem laudem evecti, Haller (m), Hunter (n), Pott (o), Camper (p), Bonn (q), Neubauer (r), Arnaud (s), Lobstein (t), Meckel (u), Oehme (v), Girardi (w), Richter (x), Pal-

(m) Oper. Minor. Tom. 3. pag. 311. Elem. Physiol. Tom. 7. pag 412.

(n) Hunter Medic. Comment. Part. 1. cap. 1. pag. 70. Natuuren Geneesk. Bibl. I. D. pag. 281.

(0) An account of a particular kind of rupture, frequently attendant upon new-born children, and fometimes met with in adults. Lond. 1757. A treatife on the Hydrocele London 1767. pag. 18. feq. Chirurgical Obfervations London 1775. pag. 139.

 (p) Verhandelingen van de Hollandsche Maatschappy der Weetenschappen te Haerlem IV. D. 1. st. pag. 235. VII. D. 1. st. pag. 58.
 (q) Dissert. de continuationibus membranarum Lugd. Bat. 1763. Thesaur. Dissert. vol. 2. pag. 302.

(r) Differt. de tunicis vaginalibus testis & funiculi spermatici Giessie 1767.

(s) Memoires de Chirurgie Tom. 1. pag. 1. feq.

(1) Diff. de hernia congenita, in qua intestinum in contactu testis est, resp. J. Nonnemann. Argent. 1771.

(*u*) Tract. de morbo herniofo congenito, fingulari & complicato feliciter curato. Berolini 1772. pag. 34. feq. quem in Germanicam linguam transtulit Clar. Baldinger, titulo Beschreibung der Krankheit des Herrn Leibarzt Zimmermann und der dabey glücklich angewandten Operation und cur von Herrn Prosessor Meckel.

(v) De morbis recens natorum chirurgicis Lipfiæ 1773. art. 12. Egregium hunc tractatum, a cariffimo Fratre in Belgicam linguam translatum, addidi propriæ verfioni operis Rofensteiniani. Handleiding

101

INGUINALIS CONGENITE. II


Palletta (y), Wrisberg (z), fuasque obfervationes tanta cura communicarunt, quidquid anatomica disquifitio docuit, tam accurate defcripferunt, ut vix fuperaddi aliquid poffe videatur. Quum autem ferme omnes, quæ exftant, figuræ naturalem præcipue partium fabricam ob oculos ponunt, vixque icones inveniuntur, quibus morbus ipfe plenarie exhibitus eft, oblatam occafionem arripui, morbofum ftatum non folum examinavi, verum fitum partium exacte delineari curavi, paratasque icones non quarto Obfervationum Anatomico-Pathologicarum libro, qui prelo jam paratus eft, inferendas, fed, ut illarum acquifitio tanto facilior effet, feparatim edendas effe, cenfui.

tot de kennis en geneezing van de ziekten der kinderen II. D pag. 375.
(w) Conf. J. D. Santorini Tab. Septemdecim, quas nunc primum
edidit atque explicavit, iisque alias addidit M. Girardi. pag. 165.
(x) Abhandlung von den Brüchen II. Band. pag. 129. feq.

(y) Nova gubernaculi testis Hunteriani & tunicæ vaginalis anatomica descriptio, nec non harum partium vitia. Mediolani 1777. Gottingische Anzeigen 1779. Zugabe N. 23.

-(z) Obfervat. Anatom. de testiculorum descensu. Göttingæ 1779.

orta 6mnia fymptomata funt, que incarceratas hernias con-



rent. Hic, foluta fafcias, examinato rumoro, veram, in-

guinalem, ad interiora forosi usque defendentera, her-

niam ; dignoscene , remettere in abdomen clapfas partes, co-

B 2

CA-

12 ICONESHERNIÆ

CAPUT PRIMUM.

Hernice inguinalis congenitæ descriptio.

uero, fano vegetoque, debito tempore in lucem emisfo, ab ipfo natali die, dextrum præ finistro tumebat inguen. Tumor mollis, indolens, a margine musculorum abdominalium in fcrotum sefe extendens, tum demum parentum attentionem in se traxit, quando, nunc major, nunc minor, cum abdominis cavo communicationem alere videbatur, & clamore nixuque edito adfurgere, incressere, quiete descendere, imminui, conspiciebatur. Implorarunt tunc auxilium diverforum hominum, medicaftrorum, muliercularum. Negarunt nonnulli præsentiam morbi, agnoverunt eundem alii, &, intestino, ut putabant, repulfo, fascia partes maxime constrinxerunt; tum vero suborta omnia fymptomata funt, quæ incarceratas hernias concomitare folent, vomitus, fingultus, alvus constipata, alia, quae eosdem permoverunt, ut medicum in auxilium vocarent. Hic, foluta fascia, examinato tumore, veram, inguinalem, ad inferiora fcroti usque descendentem, herniam, dignoscens, repellere in abdomen elapfas partes, conatus

INGUINALIS CONGENITÆ. 13

natus est; tumor hac encheiresi revera imminutus, applicataque iterum fascia est. Symptomata tamen omnia perstiterunt, intumuit insigniter abdomen, alvus soluta non est, &, aliquot horis elapsis, e vita excessit, vix tres menses natus, puer.

Parentum defiderio lubentiffime fatisfeci, cadaver examinavi, ejusque fectionem inftitui.

Tumidum admodum erat abdomen, & ad crepaturam fere usque extenfum, praefertim in regione epigaftrica. Tumor, in inguine dextro obvius, & jam in vita obfervatus, ad inferiora feroti usque fefe extendebat. Separatis, omni prudentia, mufculis abdominalibus a fubjecto peritonaeo (*), fic ut hoc integerrimum confervaretur (a), hujus prolongatio tum in dextro (b), tum in finiftro (c), latere confpiciebatur, medioque loco nuda apparebat vesica urinaria (d). In dextro latere peritonæum, maxime elongatum, expanfum, & in faccum protrusum (e), inferiorem feroti partem (f) attingebat, longiu dinem duorum pollicum cum dimidio superans. Fissura obliqui externi mufculi fuerat maxime dilatata, fi ut dictus faccus, ibi loci (g), ferme

.o I det (Pol-

(*) Tab. I. a. a. (a) Tab. I. b. b. b. (b) Tab. I. d. (c) Tab. I. c.

(d) Tab. I. i. (e) Tab. I. d. n. o. p. (f) Tab. I. h. (g) Tab. I. n. B 3

14 ICONES HERNIÆ

pollicis latitudinem haberet, inde amplior factus (h), verfus inferiora demum contrahebatur (i). Inteftina tactu percipiebantur facillime, imo oculis fefe etiam offerebant, fic ut ileum (k), cœcum (l), ipfiusque appendicula (m)cerni, ac quodammodo diftingui poffent. In oppofito latere productio peritonæi (n) aderat, pariter ad inferiora feroti tendens, fed non jufto capacior, fi fuperiorem excipio partem (o), quæ, aperto poftea peritonæo, per naturalem in fœtubus, hic adhuc fuperfitem, aperturam, aërem, ad parvam diftantiam (p), admifit, dum ab inferiore prominens confpiciebatur teftis (q).

Diffecto peritonæo apertoque fic abdomine, ventricufus, enormi modo expanfus, totam epigaftricam regionem occupans, adeo extenuatus erat, ut, cum vel parum eundem loco movere vellem, mox diffiliret. Inteftinum colon, admodum contractum, per transverfum abdomen, fub ventriculo, decurrebat, & inter illud atque ventriculum delitescebat omentum. Hepar, tumente ventriculo fic verfus hypochondrium dextrum furfumque erat repreffum, ut de

(h) Tab. I. o.	(n) Tab. I. e. f.
(i) Tab. I. p.	(0) Tab. I. e.
(k) Tab. I. q.	(p) Tab. I. f.
(1) Tab. I. r.	(q) Tab. I. t.
(m) Tab. I. s.	dal (B)

INGUINALIS CONGENITÆ. 15

de illo nihil omnino conspiceretur (r). Tenuia intestina magis erant extensa, quam crassa. Finis intestini ilei (s) cum cœco (t), ejusque appendice vermiformi (u) intraverant aperturam naturalem illius productionis peritonæi, quæ testem concomitatur, & vaginalem tunicam format, eamque maxime distenderant; conspiciebantur similiter vafa spermatica (v), deferens (w), ipseque testis (x), in cujus contactu hærebant intestina. Accreverat apex proceffus vermicularis inferiori parti facci (y), & quodammodo etiam testi (2), ibique loci duritiem monstrabat infignem. Patuit hoc tanto melius, postquam versus latus finistrum reclinatum intestinum fuit, situsque testis (a), vaforum, quæ ipfi fanguinem præbent, eundemque ab ipfo revehunt (b), aut femini ad fuam vesiculam iter concedunt (c), tunc egregie in oculos incurrebat, fimulque intestini vermiformis apex duriusculus (d), & ejus cum tefte

(r) Situs ergo hujus ventriculi, partiumque vicinarum, talis erat, qualem ex infante, cui vefica pariter enormi modo erat extenfa, descripfi & delineavi, Observat. Anatom. Patholog. lib. 3. cap. 3. pag. 59. Tab. VII.

(s) Tab. II. e. (1) Tab. II. f. (u) Tab. II. h. (v) Tab. II. l. (w) Tab. II. m. (x) Tab. II. i. (y) Tab. II. c.
(z) Tab. II. i.
(a) Tab. III. Fig. 1. g.
(b) Tab. III. Fig. 1. i.
(c) Tab. III. Fig. 1. k.
(d) Tab. III. Fig. 1. f.

16 ICONESHERNIEMI

teste (c), & sacco (f) concretio confpiciebatur. Haec impediverat, quominus partes reduci potuerint; imminutus quidem, facta compressione, tumor fuerat, fed folam fæculentam materiem ex cœco in colon fuisse propulsam, intestinum ipfum cavum abdominis non intrasse, nec intrare potuisse, cadaveris fectio, jam enarrata, abunde probavit.

- (e) Tab. III. Fig. 1. g. (f) Tab. III. Fig. 1. a. infer.

cellas vermicalaris interiori parti lacci (3), & quodamino-

do etiam tefti (2), Ibique loci duritiero monibabat infi-

mem. Patnit hoc tanto melius, poliquam verfus latus fi-

niftrum reclinerum interimum fait, fitusque tellis (a), va-

fa foermatica (ν) , deferents (ν) , ipfeque tellis (x), in

Second de automatica de la Constante al 1900

revenunt (b), aut feudui ad fuen veliculata iter concedant (c), tunc ègregielle oculos incurrebat, fimulque intelline vermiformis apex duriusculus (c), & èjus com telline vermiformis apex duriusculus (c), b èjus com

(r) Situs, etgo hujus venericuli, partiumque vicinarum, talis erat, qualem ex infante, cui vefica pariteir enormi modo atat extenfa, deficipfi & delineavi, Obfervas Anasom, Patholog. lib. 3. cap. 3.

(2) Tab IL c.
(a) Tab. III, k.
(a) Tab. III, Fig. s. g.
(b) Tab. III Fig. t. k.
(c) Tab. III Fig. t. k.
(d) Tab. III Fig. t. k.

CA-

(22)

83

1 2

pag. 19. Tab. VIL.

3 1. dal (2)

240. IL h.

Tab. H. SaT

Tab II. ith.

INGUINALIS CONGENITÆ. 17

翰翰教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教教

CAPUT SECUNDUM.

Ortus herniæ inguinalis congenitæ.

prudenter feparatis (d), illud non tantum nudum, in-

nteftina, in enarrato cafu, productionem peritonæi intraffe, ficque inguinalem ac ferotalem herniam formaffe, abfque ut novus a peritonæo formatus faccus fit, liquet, fi datæ infpiciuntur figurae (a), & in memoriam revocatur naturalis partium fabrica, ab aliis deferipta, atque delineata (b), aut & noftra confulitur icon (c), in utroque latere peritonæi extra cavum abdominis defeenfum exhibens. Huic quippe obfervationi redigendæ occupatus, eodemque tempore, in Anatomicis demonftrationibus, differentias, quotquot inter fætum refpirantemque hominem intercedunt, exhibiturus, cadaver fætus, feptimo, ut videbatur, menfe in lucem emiffi, hunc in finem acquifiveram. Scrotum teftibus vacuum inveniens, eosdem, fiffuris abdominalium mufculorum quidem elapfos, fed inguine utroque de-

(a) Tab. I. II. III. Fig. I.

(b) Conf. Auctores pag. 10. ad litteras m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z. citati.

(c) Tab. IV.

18 ICONES HERNIÆ

detentos, percipiens, credidi iconem, ad hocce corpusculum paratam, fore utilissimam, & morbum descriptum egregie illustrare posse.

Hac in figura, integumentis, musculisque a peritonzo prudenter separatis (d), illud non tantum nudum, integrumque (e), & per illud transparentia abdominalia viscera (f) confpiciuntur, verum in utroque latere ipfius continuationes ad testes usque, imo & ultra eos (g), apparent, prætereaque vesicæ urinariæ (b) supra offa pubis (i) fedes, ex lotii receptaculo enascens urachus (k), a latere ipfius emergentes arteriæ umbilicales (1), ex tribus hisce vafis, & vena, ad hepar tendente (m), compositus umbilicus, seu funis umbilicalis (n), in oculos incurrunt; dum fimul conftat, peritonæum, a quo dicta vafa omnia separata, sublata, & una cum vesica siniftrorfum reclinata funt, ibi loci, ubi cicatrix, a ligato fune femper remanens, postea conspicitur, effe integerrimum (0), adeo ut & hic loci in faccum protrudi valeat, quem

(4)	Tab. IV.	a.a.b.b.	(k)]
(0)	Tab.IV.	c. c.	(1)]
(f)	Tab IV.	d d.e.e.e.	(m)]
(g)	Tab.IV.	f. f.	(n)]
(1)	Tab. IV.	k.	(0)]
(i)	Tab. IV.	q.	

(k) Tab. IV. 1.
(l) Tab. IV. m. m.
(m) Tab. IV. n.
(n) Tab. IV. o.
(o) Tab. IV. p.

INGUINALIS CONGENITE. 19

quem partes, abdomine contentæ, fubinde intrant, herniam constituentes (p).

Dum jam descripta hactenus via fæpislime in junioribus, quandoque etiam'in adultioribus, aperta invenitur, absque ut tamen intestina vel omentum intraverint, quæri poteft, quid fit, quod determinet contenta abdominis, ut propria sede relicta, hanc prolongationem intrent. Putat Clar. Richter (q), fequenti modo rem intelligi posse; testem, nempe, in suo descensu versus scrotum, nullibi majus detegere obstaculum, quam in annulo, feu fissura obliqui externi abdominis, ubi apertura productionis peritonæi eft; naturam, fi ibi loci non diu retinetur, fed citiflime transit, aperturam fat cito claudere; testem vero subinde diu ibi subsistere. tumque dictam aperturam nimis dilatari, fic ut justo tempore constringi, ac penitus claudi, non possit; ubi postea in scrotum penitus descendit testis, aperturam canalis nimis dilatatam manere, intestinum illam intrare. Vera itaque causa quærenda ipsi videtur in diuturniori mora, quam teftis, ubi per fiffuram obliqui externi transit, nectit, vel tanto magis, quoniam mi-

(p) Conferantur quæ hac de re dixi Observat. Anatom. Pathologic. lib. primo cap. 4. pag. 75.

(q) Abhandlung von den Brüchen II. Band pag. 135. 136.

20 ICONESHERNIÆ

minime probabile ipfi videtur, eodem cum teste tempore intestinum dictum meatum intrare, sicque impedire, quominus apertura claudatur; dubiumque eft, an unquam in neonato, aut ante nativitatem, talis hernia obfervata fit. Clar. vero Wrisbergius (r) ex innumeris ferme observationibus didicit, duplicem adeffe conditionem, quarum una alterave, ad contrectandam congenitam herniam, fuam conferre fymbolam poteft. Aut inteftini, omentive pars, durante graviditate, cum teste, in abdomine adhuc comprehenfo, concrevit, & eam ob caufam, delabente in fcrotum testiculo, cum eodem simul detrahitur; aut peritonæum, quod fuper vafa spermatica inceffit, in mesenterium abiturum, brevem duplicaturam ligamenti inftar, versus proxime adjacentem vel ultimi ilei partem, vel cæcum misit, cujus ligamenti ope in dextro latere, in quo frequentissime herniæ congenitæ observantur, subsidente testiculo, intestina e fitu suo in inguina deturbantur. Primam conditionem confirmare videtur noster casus, dum vermiformis cæci appendicula, & facco & tefti accreta, cum ipfo tefte in fcrotum descendente, aperturam ingressa fuisse videtur, & cæcum, partem coli, partemque ilei secum traxisse (s); hinc etiam

(r) Observat. Anatom. de testiculorum descensu pag. 48.

(s) In juvene, septendecim annorum, hernia inguinali congenita, per totam, ut putabat, vitam laborante, sacta sectione, partem ilei, cæcum, appendicem vermisormem, quæ sola epididymidi & testi-

INGUINALIS CONGENITE. 21

etiam jam ab ipla nativitate, dum testes tunc scrotum oc-

-119, in dextro latere, presentent talem herniam confpexit.

fticulo accreverat, invenit Clar. Pott. Hæc concretio impediverat, quominus cuncta, quæ elapfa erant, potuerint repelli, inftitutaque ea propter operatio fuit, dum bracherii ufus noxius cenfendus erat, & nullo alio modo præcaveri posse videbantur symptomata, hernias infequi folita, in juvene, duro labore victum fibi quærere coacto. Chirurgical Observations. pag. 146. 147. 148.

Talis concretio diversis de causis, in hac herniæ specie, ut in multis aliis, contingere valet, verum ante nativitatem jam locum habere, ex Wrisbergii observatione liquet. Hic enim in puero, qui aliquot dies vixerat, unicum modo tefficulum, eumque dextrum, in fcroto invenit, alterum, finistrum, circa annulum hærentem, admodum mobilem, aliquantisper pro lubitu deorfum, facilius autem furfum reprimere potuit. Aperto abdomine, omentum, fuper inteffina tenuia expansum, in finistrum os ileum descendens, & tribus filis albugineæ testiculi accretum vidit, fic ut cum testiculo, deorsum presso, annulum fimul ingrederetur. Obfervat. Anatom. de testiculorum descenfu. pag. 52. ____ In aliis fœtuum corpufculis, in dextro latere vidit strictum fasciculum ex illo loco oriri, ubi vasa spermatica inter peritonæi duplicem laminam testiculum ingrediuntur, illumque adscendendo mox appendici vermiformi, ejusdemque mefenteriolo, mox cæco intestino, mox ilei extremo, in colon abeunti, infertum deprehendit ;tam breves erant hi fasciculi, ut vix aliquot lineas fuperarent; ortum? capiebant ex peritonæo, in duplicaturam mutato, cum interspersa ftipata quadam cellulofa. Prehenfo inteftino teftis cum illo ex annulo attrahebatur, depresso testiculo, intestinum simul versus annulum urgebatur. Ibid. pag. 53. ---- In cadavere hominis, qui hernia inguinali congenita, inteftina continente, laboraverat, inteftina quidem cum testiculo concreta non vidit, crassiusculus vero, robustus, dimidium pollicem longus, fibrarum fasciculus, ex cæco in peritonæi qua-

22 ICONESHERNIÆ

cupabant, exstitit, ut Char. Wrisbergius (t) bis in neonato, in dextro latere, præsentem talem herniam conspexit.

Theulo accreverst, invenit Chr. Fort. Effer concrecto impediverur,

Nullatenus tamen negandum eft, hærentem nimis diu in fifura obliqui externi & apertura canalis, teftem, has partes fic dilatare, ut poftea vix debito modo fefe claudere pofiint, fed oftium productionis peritonæi aptiffimum maneat, quod inteftina, vel minimo nifu eo verfus depulfa, admittat. An diuturniori illa mora transverfalis peritonæi plica, quæ fupra annulum, & facci vaginalis terminum, intra cavitatem abdominis, ante vaforum fpermaticorum, in annulum fefe demergentium, plexum, ligamenti albi adinftar prætenfa eft (*), in fætu ante hiatum productionis peritonæi ad tefticulum, in cavitate abdominis, femper præfens, ligamentum transverfale internum a Meckelio dicta (u), deletur, aut fic mutatur, ut officio fuo fungi non poffit, quod in eo confiftere videtur, ut impediat, quominus partes, ca-

dam duplicatura ad testiculum descendebat, qui ab ipso statuitur a vitæ primordiis, cum testiculo descendente, intestinum cæcum, & ilei & coli dextram partem detrusisse. Ibid. pag. 56.

cam breves erant hi laferculi, ut viv aliquot fin as fupcificant; ortom

- (t) Observat. Anatom. de testiculorum descensu. pag. 24.25. (*) Conf. Tab. III. Fig. 2.
- (u) De morbo hernioso congenito pag. 38. 39. Camper Verhan-
- del. van de Hollandsche Maatschappy VI. D. 1. st. pag. 253.

INGUINALIS CONGENITE. 23

vo abdominis contentæ, eandem viam ingrediantur? Ubi certe teftis diu in inguine hæret, inteftinum, licet ei non accretum, tamen eundem fubinde infequitur; Clar. Reichelii obfervatio hoc docet, in puero quippe quatuor propemodum annorum, cui ad illud tempus fcrotum vacuum fuerat, ileum invenit cum tefte in annulo abdominali conftrictum & incarceratum (v).

In hac ergo herniæ fpecie non, ut in aliis herniis, peritonæum in faccum extenditur, fed, ubi elongata ipfius per annulum ex abdomine productio non concrevit, violenta preffione abdominis, omentum vel inteftina facili negotio in eandem defcendunt, & eâdem, quæ teftem amplectitur, ac tunicam vaginalem ipfius format, membranâ continentur. Talis cafus fuit celeberrimi Zimmermanni, cui omentum poft colicam flatulentam, & poftea fubortam choleram, cum inteftini parte egreffum, ex abdomine fibi, violentia conftrictionis mufculorum abdominis, ac preffionis verfus annulum, viam in faccum hernialem peritonæi congenitum patefecit, ut, repofito quamvis inteftino, omentum magis lubricum ac plicabile, fafcia non cohibitum, in facco extra annulum remanferit (w). Quandoque tamen, etiamfi

(v) Ludwig Adverfar. Medic. Pract. vol. 3. pag. 736. 737.
(w) Meckel de morbo herniofo congenito. pag. 44. 45.

TCONESHERNIÆ 24

ctiamfi dicta prolongatio aperta fit, quamvis intestina eandem intraverint, tamen peritonæum in faccum herniofum extenditur, ficque duplex in codem latere producitur hernia (x).

obfervatio boc docet, in puero quippe quatuor propeniodum

Intelligitur ex iis, que hactenus exposita sunt, in hernia congenita, instituta operatione, apertoque sacco, nudum confpici debere testem (y); aquam, ex abdomine fubinde eundem canalem ingreffam, atque opplentem, testem contingere (z), vel elapía intestina & testem simul alluere (a). Comprehenditur, membranam, peritonæo continuam, partes, abdominis cavo elapías, nunc continentem, ubi tumor ad infignen magnitudinem increscit, maxime extendi, attenuari (b), cum cute concrescere, confundi poffe, fic ut nullus adeffe videatur faccus (c).

tur. Talis callas fuit celeberrini .Zimmormanni, cei emen-Visium in hac hernia non solum intestinum (d) fuit, cura intellini parte corellam, er abdomine fei, viofed.

(x) Conf. Observat. Anatom. Patholog. lib. 1. cap. 4. pag. 71.

(y) Hunter Medical Comment. pag. 70.

(z) Lobstein de hernia congenita. pag. 8. Baader Observat. Medic. incifionibus cadaverum anatomicis illustratæ. obf. 8. in Thefaur. Differt. vol. 3. pag. 10.

(a) Lobstein lib. cit. pag. 7.

ACCO CXG (b) Meckel de morbo herniofo congenito. pag. 23. 28.

(c) Arnaud Memoir. de Chirurgie. Tom. 1. pag. 52.

(d) Solius ilei partem in hac hernia invenit Cl Reichel in Ludwigii Adversar. Medic. Pract. vol. 3. pag. 736. Partem ilei, & coli cum cæ-

INGUINALIS CONGENITE. 25

fed, in adultiori ætate, ubi aperta permanferat via, omentum illam etiam formavit (e), aut hoc una cum inteftino talem tumorem produxit (f).

In puellis fimilis proceffus peritonæi ligamenta uteri rotunda ad inguina comitatur; hunc, mox a partu, inteftina ingredi poffent, ficque herniam formare; an tale autem exemplum annotatum fit, dubito; fed hydroceles fpeciem in hoc proceffu, etiam in fæminis, oriri poffe, fufpicatur Oehme ex obfervatione, in Theatro Anatomico Lipfienfi facta,qua cyftis, lympha pellucida repleta, in vetula, mox infra annulum abdominalem inventa eft (g).

tæco & appendice, in illa observavit Cl. Wrisberg Observ. Anatom. de testiculorum descensu. pag. 56.

(e) Meckel lib. cit. pag. 31. 37. Pott Chirurgical Obfervations pag. 143. Wrisberg lib. cit. pag. 49. 5 much offer d.d.d.

(f) Pott Chirurgical Observations pag. 150. Richter Abhandlung von Brüchen II. Band. pag. 137. Lobstein de hernia congenita. pag. 7. 8. qui omnia intestina præter duodenum & rectum cum portione omenti in hac hernia vidit.

(g) De morbis recens natorum chirurgicis. art. 12. Rosen Handleiding tot de Ziektens der Kinderen II. D. pag. 380. 1011-9

capacitate abdominis egresfis, nergiamque formantibus,

enna

D

e. Altera peritonasi produčtio, per inguen finifirum de-

· (). []

expands.

frendens.

CA-

atate. It i spens permanierat

CAPUT TERTIUM.

In pacific findlis procession performi lignments uner rotunda ad inguina sitanalqx, murarugi \mathbf{I} a parta, intestina isgredi possint, sieque herniam formare; an tale autem exemplem a \mathbf{I} tatem \mathbf{A} c, \mathbf{I} is \mathbf{U} o; \mathbf{B} d \mathbf{A} y \mathbf{T} celes speciem

I udum, a musculis & integumentis separatum, peritonæum, ad inferiora scroti, in utroque latere, sese extendens, & in dextro herniam congenitam formans.

in hoc proceffu, etizin in franinis, oriri peffe, fufpicatur

colupium e murotnemurgetni ætsnileer & æfsellid. a. a. de telticulerum delcentu, pag 56. (e) Meckel lib. cit. pag. 31. 37. Pott Chirurgical Obfervations

firregenni, muntaradel silucitum a , mumnotine d. d. d. () Pour Chirurgical Obfervations pag. 150. Richter Abhandlung von Brächen II. Band, pag. 137. Lobitem de nemia congenica. Junn

c. c. c. Transparentia per peritonæum viscera abdominalia.

d. Peritonai productio in latere dextro, inteffinis, ex capacitate abdominis egresfis, herniamque formantibus, expansa.

e. Altera peritonæi productio, per inguen finistrum des acendens.

O

-A 0

f. Lo.

INGUINALIS CONGENITE. 27

F. Locus, ubi hæc productio erat occlufa, ad quem immissus etiam aër, ut aliquantum turgeret, meliusque couspiceretur, substitit.

g. g. Scroti integumenta reclinata. .setnedidze meiefnegul

i. Vesica urinaria, peritonzo, quod pone illam progreditur, accumbens.

k. Urachi principium.

 Penis, ab integumentis liber.
 m. Præputium, ultra glandem propendens. moloo .g
 n. o. p. Saccus herniofus, ad inferiora feroti fefe extendens, diverfæ in variis locis capacitatis inter opping and q. Inteftinum ileum per faccum herniofum transparens.i
 r. Cæcum pariter per facci membranam confpicium.

s. Appendicula vermiformis simili modo apparens.

t. Teftis finistri lateris.

n. Vefica urinaria, verfus latus finistrum flexa, ut contenta facci heralol tant AapplreiUt HelirA. T e. Penis.

Partes abdomine & facco herniofo contentæ, aperto peritonæo confipicuæ.

a. a.

c. flei finis.

m. Vas deferens.

28 ICONESHERNIÆ

a. a. Integumenta, una cum musculis, ab abdomine & feroto separata, ac reclinzta.

b. b. Peritonæi diffecti lamellæ, glaberrimam internamfuperficiem exhibentes.

c. c. c. c. Membranæ, faccum herniofum formantis, apertæ, lamellæ ab invicem remotæ.

ditur, accumbens.

le. Unachi principium.

. t. Teffis finifei lateris.

T-A-

M. Ponisi, no integumentis liber.

d. d. Inteftina tenuia.

e. Ilei finis.

f. Cæcum.

g. Colon. Proputium, ultra giandem propendens. ...

h. Appendicula vermiformis, ad inferiora fcroti defcendens, & facco herniofo accreta.

o. Intelfinum ileum per faccum herniofum transifiers.i

k. Epididymise unterdmenn isosi seq setting musal a /

1. Vafa fpermatican ilimit simistimov shoibhoggA .a

m. Vas deferens.

n. Vesica urinaria, versus latus sinistrum flexa, ut contenta sacci herniosi tanto apparerent melius.

o. Penis.

Partes abdomine & facco herniofo contente, aperto pe-

5 CE

INGUINALIS CONGENITÆ. 29

TABULÆ III.

Fig. 1. anitamon fileV ..

Saccus herniofus apertus, reclinatis inteftinis; concretio appendiculæ vermiformis cum facco & tefte.

a.a.a. Peritonæi productio, quæ faccum herniofum formavit.

diones. Telles in inguine adhue fiti:

exminiecus accimbunt, feparatum.

b. Colon.

c. Cæcum. Intogumenta cum mulculis do fuper. muses.

d. Ileum. et meniguem-aleracite margin en le state

e. Appendicula vermiformis.

f. Apex hujus appendicis duriusculus, facco ipfi & tefti accretus. audiomo da 2 maison musicoli 2000

g. Teftis.

d. d. Hopar per periconeum transparen simubidid.

i. Vafa spermatica.

k. Vas deferens.

niantes, immitto acre aliquentum turgidi. .z. .Fig. J. g. g. Teftes, inferiorem harum productionum rartes ad-

Peritonæi plica transversa ad aperturam productionis peritonæi, pone quam descendunt vasa.

D 3

a. Pli-

30 ICONES HERNIE.

a. Plica transversa peritonæi.

b. Vas deferens.

c. Vafa spermatica.

TABULE IV.

Fœtus abdomen fic apertum, ut peritonæum nudum appareat, per illud inteftina transpareant, feparata vero ab eodem fint vafa umbilicalia cum vefica. Peritonæi productiones. Teftes in inguine adhuc fiti.

a. a. Integumenta cum musculis de superiori abdominis parte separata, & versus thoracis marginem reflexa.

b. b. De pube & inferiori abdominis parte separata integumenta.

c.c.c. Peritonæum nudum, & ab omnibus partibus, quæ extrinsecus accumbunt, separatum.

d. d. Hepar per peritonæum transparens.

e.e.e. Intestina similiter per peritonæum conspicua.

f. f. Productiones peritonæi vaginalem testis tunicam formantes, immisso aëre aliquantum turgidi.

g. g. Teftes, inferiorem harum productionum partes adimplentes, nondum ferotum ingreffi, fed in inguine adhuc fubfiftentes.

INGUINALIS CONGENITE. 31

h. h. Scrotum, aquofo tumore turgidulum.

i. Penis.

k. Vefica urinaria.

1. Urachus.

m.m. Arteriæ umbilicales.


n. Vena umbilicalis.

o. Funis umbilicalis, ex dictis vafis & uracho compositus, integumentis suis adhuc tectus.

p. Integrum peritonæum ibi etiam loci, ubi umbilicalis funis de cute emergit, qui jam a peritonæo eum in finem separatus, & ad latus finistrum reflexus est.

q. Offium pubis margo, fupra quem vesica adfurgit, & a cujus lateribus testes, peritonæi productionibus contenti, dependent.

Ind supmonoils Faits I N I I S.



INCUINALIS CONCENTRE. 35

if, h. Scrotam, aqualo tuviare turgidulum.

BIBLIOPEGO.

Tabulæ omnes fic collocandæ, ut Tab. I. huic paginæ opponatur.

AAN DEN BOEKBINDER.

Alle de plaaten moeten zoo geplaatst worden, dat Tab. I. tegen over deeze bladzyde kome.

Apud P. v. D. EYK ET D. VYGH, Proftant.

Apud Eosdem, atque S. ET J. LUCHTMANS.

Thefaurus Differtationum, Programmatum, aliorumque Opufculorum felectiffimorum, ad omnem medicinæ ambitum pertinentium. Collegit, edidit, & neceffarios indices adjunxit EDUARDUS SANDIFORT. Vol. I. II. III.

